

1887/88

002

# Jahresbericht

über das

# Königliche Katholische Gymnasium

in

## Deutsch-Krone

in dem Schuljahre 1887—88,

mit welchem zu der

am 28. März 1888 in der Aula

stattfindenden

## Schlussfeier und Entlassung der Abiturienten


ergebenst einladet

der Direktor des Gymnasiums

Professor A. Lomiński,  
Ritter des Rothten Adler-Ordens IV. Klasse.

NEUE FOLGE  
Nro. XXXIII.

Inhalt: 1) Eine wissenschaftliche Abhandlung. Vom Gymnasiallehrer Dr. Bernhard Barwinski.  
2) Schulnachrichten. Vom Direktor.



Deutsch-Krone.  
Druck von F. Garmś.  
1888.



1888. Progr. Nr. 26.

Tabularbericht

Königliche Preussische Gummifabrik

Deutsch-Krone

in dem Zeitraume 1887-88

am 28. März 1888 in der Höhe



M. W. M. W.  
2364 p.

NEUE FOLGE

Die Gummifabrikation ist eine wichtige Industrie, die den Gummibedarf des Reiches deckt.

Verlag des Königs

## Quaestiones ad Dracontium et Orestis tragoediam pertinentes.

Carmen epicum versibus heroicis nongentis septuaginta quatuor compositum quod vulgo sub titulo Orestis tragoedia circumfertur,<sup>1)</sup> a nullo nisi Dracontio caudico isto Carthaginiensi, cuius carmina minora plurima inedita e codice Neapolitano editione Duhniana<sup>2)</sup> viris doctis innotuerunt, conscribi potuisse cum abhinc tres annos latius et uberius demonstrare animum induxissem, primum in dicendi generis similitudinem qualis inter utrumque auctorem intercedit, diligentissime inquirendum esse statui, quam **primam de genere dicendi quaestionem** ut summos in philosophia honores in alma academia Gottingensi Georgia Augusta rite capesserem, anno superiore prelo subieci.<sup>3)</sup>

Atque dissertationis illius inauguralis capite primo de sermonis utriusque auctoris universo colore agitur; altero postquam priorum poetarum loci, quos uterque scriptor eosdem usurpavit, congesti aliaque versuum particulae utrobique occurrentes collectae sunt, de simillima vocabulorum usitatorum suppellectile, de vulgari qui dicitur sermone utriusque auctoris proprio, de vestigiis Africanæ quam vocant latinitatis utroque loco extantibus, de aliis vergentis iam aetatis linguae proprietatibus apud utrumque scriptorem conspicuis, de vocibus aut nusquam alibi aut eodem modo nusquam alibi adhibitis exponitur; tertio imitationes duodeviginti eorundem poetarum utroque loco conspicuae continentur. in extremo autem libello corollarium de Dracontio Catulli imitatore inest.

---

<sup>1)</sup> Baehrensiana editione utor (Poet. lat. min. vol. V. Lips. 1883. p. 218—261), etsi audaces emendationes eius non omnes probo.

<sup>2)</sup> Dracontii carmina minora plurima inedita ex codice Neapolitano ed. Fridericus de Duhn. Lips. Teubn. 1873. (hac editione utor.)

<sup>3)</sup> Quaestiones ad Dracontium et Orestis tragoediam pertinentes. Quaestio I: De genere dicendi. Dissertatio inauguralis. Gottingae MDCCLXXXVII.


Quibus impressis, de rationibus prosodiacis ac metricis et de res mythicas tractandi ratione quaestiones relinquebantur, quas cum item typis promptas iam haberem, impensis typographicis accrescentibus deterritus sum quominus in lucem ederem, prelumque expectantes in scriniis deposui, anno proximo quidquid restaret programmate gymn. reg. foras me daturum esse pollicitus.

Attamen totum promissum nondum exsolvere possum: spatium enim mihi concessum ad quaestionem de simillima rerum mythicarum, quae his carminibus exhibentur, tractatione promulgandam vix suppetet et particulae qua de rationibus prosodiacis ac metricis agitur, proximo anno fortasse similis occasio offeretur publici iuris faciendae.

Quaestiones

ad Praetentum et Oracis tragodiaum pertinentes

Quaestiones ad Praetentum et Oracis tragodiaum pertinentes. I. De rationibus prosodiacis ac metricis. II. De res mythicas tractandi ratione. III. De simillima rerum mythicarum. IV. De particulae qua de rationibus prosodiacis ac metricis agitur.



Quaestiones ad Praetentum et Oracis tragodiaum pertinentes. I. De rationibus prosodiacis ac metricis. II. De res mythicas tractandi ratione. III. De simillima rerum mythicarum. IV. De particulae qua de rationibus prosodiacis ac metricis agitur.

Quaestiones ad Praetentum et Oracis tragodiaum pertinentes. I. De rationibus prosodiacis ac metricis. II. De res mythicas tractandi ratione. III. De simillima rerum mythicarum. IV. De particulae qua de rationibus prosodiacis ac metricis agitur.

## Quaestio II.

### De rerum mythicarum tractatione.

Orestem tragoediam eodem fere modo ac reliqua Dracontii carmina heroica compositam esse cum demonstrare constituerim, facere non possum quin ipsum materiae delectum primum breviter perstringam. Dracontius enim in limine epyllii quod Helena vocatur eas res se scripturum esse profitetur quas summi illi poetae Homerus et Vergilius neglexerint, ubi humiliter ita eos alloquitur (v. 22—27):

numina vestra vocans quidquid contempsit uterque  
scribere Musagenes, hoc vilis colligo vates.  
reliquias praedae vulpes sperare leonum  
laudis habent, meruisse cibos quos pasta recusant  
viscera quos rabies iam non ieiuna remisit,  
exultant praedamque putant nuda ossa ferentes.

Praeteritis igitur ac relictis rebus fabulosis quae iam Homeri carminibus continentur, de causa belli illius Troiani versibus scribit nobisque carmine suo ante oculos ponit, quomodo Helena formosissima Menelai uxor coniuge absente a Paride rapiatur raptaque trans mare in Asiam transvehatur. id ipsum nonne ad Oresteam quoque referri posse concedimus? nonne atrox Agamemnonis mors et caedes ab Oreste perpetrata item apud Homerum et Vergilium commemorantur? (cf. *Odyss.* 1, 32—43. 3, 263—275. 4, 512—537. 11, 385—461. 3, 196—200. *Verg. Aen.* 4, 471. 3, 331).\*) quid ergo nobis obstat quominus opinemur unum eundemque poetam, si ita Dracontium appellari libet, et raptum mulieris specie ac pulchritudine insignis propter quam bellum Troianum exarsisse fertur, celebravisse ad *Iliadem* spectantem, et *Odysea* Homeri quasi incitatum adversam ducis Argivorum fortunam explicavisse?

Sed quamvis plane id abnui non possit et mihi quidem vehementer arrideat, integrum tamen relinquo et in probabilioribus quae ad ipsam narrationem pertinent paulo diutius immorabor.

\*) vide Preller „Griechische Mythologie“ vol. II. p. 319.

Ac primum quidem reperimus utrumque auctorem a vulgata rerum mythicarum descriptione in carminibus suis epicis valde abhorrere, cum qualia iam ab aliis poetis memoriae prodita fuisse videmus, talia nobis ita referantur ut non serviliter illorum vestigia premantur, sed nonnulla prorsus alia ratione explicentur et novi quidam eventus ex lubricitate conficti veteribus interdum admisceantur. quod novandi consilium Dracontius ipse epyllii quod raptus Helenae inscribitur his primis versibus patefacit:

Troiani praedonis iter raptumque Lacaenae  
et pastorale scelerati pectoris ausum  
aggrediar meliore via —

melioemque ut putat hanc viam ingressus ita raptum Helenae nobis enarrat.

Paris Priami et Hecubae filius, qui cur expositus sit et quomodo in Ida monte vitam egerit non dilucide ostenditur cuiusque iudicium in hoc monte factum aequae ac somnium Hecubae in transitu tantum commemoratur, a nutrice de origine sua edoctus crepundia sumit et Troiam proficiscitur. cum urbi appropinquat, miracula fiunt quae vv. 71 sqq. sic describuntur:

Troianum carpebat iter. vix viderat arcem  
lassus, et intactae procumbunt culmina turris  
ingemit et tellus, muri pars certa repente  
concidit et Scaee iacuerunt limina portae,  
tunc Simois siccavit aquas, crystallina Xanthi  
fluminis unda rubet, sudat pastore propinquo  
Palladium vel sponte cadunt simulacra Minervae.

Troiae tum ipsum dies festus agitur cumque Priamus et Hecuba liberis comitantibus ad templum adeunt, accurrit et proiectis crepundiis agnitus a parentibus laetis benigne recipitur, tametsi Helenus et Cassandra urbem propter eum interituram esse vaticinantur, quorum monitiones „Thymbraeus Apollo“ ad irritum redigit (vv. 78—210). vix Paris regiam et naves Iliacas in litore positas oculis collustraverat, cum summa maris Aegaei traiciendi cupiditate affectus est, nam (vv. 215 sqq.):

totum vile putat, solam cupit addere famam  
maiorum titulis, vivaces quaerere laudes,  
ut celet quod pastor erat.

Priamus ei non obloquitur iubetque eum Hesionam sororem a Telamone repetere, filio „Dorica regna peragranti“ Venerem uxorem daturam et Junonem maritum eum facturam esse confisus (vv. 220—229). comites ei Antenor, Polydamas, Aeneas adiunguntur. qui re infecta cum sine Hesiona a Telamone revertuntur, subito tempestas cooritur ac navigia longe lateque disicit (vv. 240—425). Alexandri navis sola ad Cyprum insulam procella defertur, quo magna hominum multitudo ad Veneris sollempnem diem celebrandum convenit, quorum in numero etiam Helena est Menelao marito in Creta morante. mulier eximia corporis pulchritudine praedita iuvenis, qui egregiae formae dignitate excellit, amore inflammatur libentique animo se abduci patitur (vv. 425—556). interea Aeneas cum reliquis legatis Troiam redierat et Priamus maerore affligitur, cum filium aquis mersum periisse opinetur. sed dum inanem eius tumulum facit, Paris cum Helena navi advehitur, qui a parentibus amantissime salutantur multisque osculis excipiuntur.

Apparet igitur Dracontianam compositionem non solum ab ea de raptu Helenae fabula quae est apud veterrimos plane alienam esse, verum etiam cum narrationibus huius rei posteriore aetate apud Graecos ortis magnopere discrepare, qualia commenta perfectissime collegerunt viri docti Jos. Anton. Fuchs in libello qui inscribitur „De varietate fabularum Troicarum quaestiones,“ Coloniae ad Rhenum 1830 pp. 37 sqq. et 57 sqq. et Carol. Lehms in opusculo suo „Populaere Aufsätze aus dem Alterthum, vorzugsweise zur Ethik und Religion der Griechen“ Leipzig 1856 pp. 1—32. attamen Dracontium non ipsum omnia confinxisse, sed ei adiumenta quoque praesto fuisse Wagenerus Philologi tom. 38 (1879) p. 120 sqq. luculenter demonstravit, unde apud Daretem Phrygium et Dracontium haud pauca congruere atque etiam Servium ex finitimo fonte hausisse discimus. in graecis enim eius generis fabellis cum nusquam ne verbo quidem commemoretur legatos a Priamo ad Hesionam recuperandam in Graeciam missos esse aut Priamum omnino simultates cum Telamone gessisse, immo ex Verg. Aen. lib. 8 vv. 157 sq:

nam memini Hesionae visentem regna sororis

Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem

hos reges concorditer vixisse facile sit intellectu, apud Daretem Phrygium\*) bis ea de causa legatio Salamina mittitur, cuius prioris legationis Antenor solus principem locum obtinet (cap. 4 et 5). qui postquam nihil profecit et sine Hesiona rediit, Priamus propinquos et amicos convocatos de irrito Antenor's incepto docet eosque ut iniuriam sibi illatam ulciscantur, graviter hortatur (cap. 6). tum Alexander surgit et patrem orat ut sese in Graeciam mittat, in somnis se Venerem vidisse eamque propterea quod arbiter litis deorum de pulchritudine ortae constitutus ipsam pulcherrimam iudicaverit, pulcherrimam mulierem sibi conciliaturam esse promississe dicens et quamvis Helenus, Panthus, Cassandra Troiae excidium et parentum ac fratrum interitum praedicant, tamen exercitus et classis instruuntur et dux a Priamo Alexander declaratur, qui Deiphobum, Aeneam, Polydamantem comites habet. navigantes Menelao occurrunt qui Pylum ad Nestorem tenet, et deinde ad Cythera insulam appellunt (cap. 7. 8. 9). Helena de iuvenis pulcherrimi adventu certior facta eumque cognoscere cupiens in oppidum quoddam maritimum se confert, cui Helaea (fortasse Helos) nomen imponitur, ibique diis sacrificat. quod ubi Alexander rescit, eodem profectus oppidanos qui ei resistunt devincit multosque eorum comprehendit ac templo diruto Helenam Troiam abducit (cap. 10. 11).

Ita Dracontium cum Darete Phrygio ante omnia eo consentire liquet quod apud utrumque raptus Helenae implicitus est et cohaeret cum Hesiona Priami sorore a Telamone abducta. ut enim apud Daretem Phrygium Helenae raptus ad raptam Hesionam refertur, sic Dracontius quoque eadem opinione apertissime his versibus (vv. 50—52) nos imbuat:

unde haec causa fuit? forsan Telamonius Ajax

sternitur invictus quod mater reddita non est

Hesione Priamo: sic est data causa rapinae.

Quam sententiam graecis historiae fabularis scriptoribus plane ignotam, apud quos ante Helenae raptum inimicitias cum Graeciae principibus Priamo intercedere non legimus, et

\*) Daretis Phrygii de excidio Troiae historia rec. Ferdinandus Meister. Lips. 1873.

infimis demum temporibus ut colligi potest apud Romanos ortam etiam Servius sequitur, cum ad Verg. Aen. lib. 10 vv. 90 sq:

quae causa fuit, consurgere in arma

Europam Asiamque et foedera solvere furto?

hanc notam ascribat (ed. Lion I. p. 553): „et eversi Jlii haec est vera causa. nam foedera quae inter Graecos et Troianos fuerunt, ita soluta sunt: Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam Priami sororem Telamoni dedisset, profecti sunt legati cum Priamo et eam minime repetere potuerunt, illis dicentibus se eam habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu ut aliquid tale abduceret, aut uxorem regis aut filiam, qui expugnata Sparta Helenam rapuit.“ apud Daretem quidem bis legatio mittitur, apud Dracontium semel, sed si acrius rem intuemur, apud Dracontium quoque etsi princeps expeditionis Alexander est, oratoris tamen partes Antenor agit id quod ad priorem quae apud Daretem Phrygium extat legationem pertinere videtur. quam expeditionem ut apud Daretem Helenus, Panthus, Cassandra vates frustra dissuadent, ita in Dracontiano epyllio simillime Helenus et Cassandra Paridem recipi nolunt, quorum admonitiones ut iam supra dictum est Thymbraeus Apollo vanas reddit.

Deinde Dracontius pariter ac Dares Phrygius a vulgari narratione recedunt quod apud utrumque Helena aliunde a Paride abducitur, non Sparta. etenim excepto Lycophrone, qui eam in litore cum sacra bacchica faceret a Paride raptam esse narrat, cum omnes graeci fabulatores, quibus etiam Dictys Cretensis annumerandus est (cf. lib. I. cap. 3), de Sparta consentiant, apud Dracontium in insula Cypro Paris Helenam convenit, sicut apud Daretem unde Helena abducitur aut ora Laconiae est, aut cum iste Daretis locus obscurus sit insula Cythera,\*) ubi non minus quam Cypri Venerem cultam esse nemo ignorat.

Porro Troilus quam similem locum apud utrumque obtineat videndum est. antiqui enim scriptores, ut Wagenerus l. c. p. 123 sq. ait, non multum de eo memoriae prodiderunt. apud Homerum obiter eum Priamus lamentans nominat (Il. 24, 257 . . Τρωΐλον ἰππιόχαρμην), in cypriis demum carminibus poetice celebratur, florentis aetatis puer hasta ingentis Achillis transfigitur (cf. Verg. Aen. 1, 474—478 et Wagneri ad Aen. lib. I excurs. XVII de Troilo). postea etiam dramatica ratione descriptus est, cum extent particulae talis tragoediae Sophocleae, et Phrynichi qui eandem materiam tractavit unus versus citetur. temporibus mediae quae dicitur comoediae fabulam quae Troilus inscribitur comici Strattidis\*\*) reperimus.

Apud Daretem autem Hectore non est inferior Troilus, qui fortissimus Troianorum dux multos Graecorum principes occidit, Diomedem, Agamemnonem, quin immo Achillem vulnerat (cf. cap. 29. 31. 33 all.),\*\*\*) eademque partes etiam in Dracontiano carmine ei dantur, ubi aequae secundum Hectorem semper nominatur. cum Priamus magna pompa ad templum proficiscitur, ad dextram Hectorem et Troilum ad sinistram patris adesse videmus (v. 83) et paulo post Paris quis sit parentibus aperiens „fortiorem Hectorem culmen et

\*) cf. Körting „Dictys und Dares,“ Halle a. S. 1874 p. 91—93.

\*\*) cf. Hertzberg „Troilus-Sage“ (Jahrb. der deutschen Shakespearegesellschaft III) p. 171—172.

\*\*\*) hanc rem iam ante Wagenerum attigit: Dunger „Die Sage vom trojanischen Kriege“ etc. (Progr. d. Vitzth. Gymn. Dresden 1869) p. 16.



urbis apicem et viribus indolis almae Troilum fratres“ (v. 92 sq.) nominatim compellat. idem in vaticinationibus quoque Heleni et Cassandrae cerni potest, quorum ille vv. 128 sqq:

iam pugnant Danaï, iam cernimus Hectora tractum,  
Troile iam per bella furis, iam sterneris audax  
ante annos, animose puer, virtute protervus,

quid eis eventurum sit praedicit, haec vv. 155 sqq:

Troile quid cessas? quid parcis fortior Hector?  
vos repetunt mortes, in vos mala fata feruntur,  
vos petit Aeacides, saevum vos fulmen Achilles  
amputat, insontes poenam raptoris habetis.

Una cum Hectore Troilus etiam vv. 624 sqq. commemoratur, ubi legimus:

non invitus adest nec gaudet fortior Hector,  
quem Troilus sequitur, nec lividus at tamen aeger  
non membris sed mente gravis.

Postquam Wagenerus tali comparatione Daretem Phrygium cum Dracontio coniunxit, his ipsis verbis acute concludit (p. 124): „Dracontius weicht in vielen einzelheiten von Dares ab, so dass man nicht annehmen darf, dass der eine den andern benutzt hat, ebensowenig auch, dass beide aus einer gemeinsamen quelle geschöpft haben, aber beide erzählungen stimmen in manchen und zwar sehr wichtigen punkten, die von den sonstigen überlieferungen ganz verschieden sind, besonders aber in der ganzen auffassung der sache so überein, dass ich der ansicht bin, dass beide wenigstens einer gemeinsamen version dieses sagenkreises angehören müssen.“

Non aliter ac raptus Helenae etiam Orestes tragoedia sese habet. etenim hoc quoque carmine haud pauca comprehenduntur quae a ceteris scriptoribus, qui Pelopidarum fata descripserunt, aut omnino non sunt tradita aut aliter narrata. quorum nonnulla quae leguntur ad fontem quoque ei propinquum, unde Dracontius in Helenae raptu componendo hausit, recurrere uno saltem exemplo docere posse mihi videor. dissentiunt\*) enim scriptores, ubi sit Agamemnon interfectus, Homerus eum in convivio ab uxore et Aegistho occisum esse dicit Od. λ, 410 (ὤς τις τε κατέκτανε βούν ἐπὶ φάρνῃ) cum multis sociis, omnes adeo qui Troia rediissent cum Cassandra liberisque inde natis occisos esse ait Pausanias lib. 2, 16, 6 et 7. alii eum in balneo ab uxore occisum esse dicunt, quae ei tunicam quam indueret consutis manicis superiniecisset, quam narrationem Tzetzes Lycophr. 1108 poetarum plurimorum esse dicit, cf. eund. ad. vs. 1375. praeter has Servius ad Verg. Aen. 11,268 tertiam narrationem, Agamemnonem a Clytaemnestra quae ei ad litus occurrisset necatum esse, his ipsis verbis affert: „in ipso limine imperii, id est in litore, quia Clytaemnestra Agamemnoni occurrit ad litus et illic eum susceptum cum adultero interemit . . . alii autem dicunt quod in ipso ingressu, id est prima die qua domus suae limen ingressus, consilio Aegisthi ab uxore vestem accepit clauso capite, qua implicatus adulteri manibus interiit.“ quae Servii annotatio praeclare ad Oresteae versus 232—270 quadrat quibus Clytaemnestram ad litus Agamemnoni occurrisse narratur, nec quidquam impedit quominus auguremur tali narratione Orestis auctorem etiam adductum esse, ut Mycenae oppidum

\*) cf. Jos. Anton. Fuchs „De varietate fabularum Troicarum quaestiones. Col. ad Rhen. 1830 p. 171.

ad mare situm esse opinaretur id quod ex versibus 113 et 233 conici potest. itaque finitimis fontibus usi esse mihi videntur et is qui Oresteam panxit et Dracontius, cuius quidem carmen epicum octavum quid cum Servii commentariis commune habeat supra iam intellexisti. et etiam eorum quae ad Verg. Aen. 5, 370 Servius addidit: „sane hic Paris (secundum Troica Neronis) fortissimus fuit, adeo ut in Troia agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem; qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum; quod allatis crepundiis probavit, quia habitu rustici adhuc latebat“ extrema pars egregie cum vv. Helenae 100 sqq. concinit, ubi haec Paris dicit:

si credis germana manus, nec cetera regis  
 conscia corda negant nec mater pignus abhorret:  
 noscite depositi vel certa crepundia fratris,

sicut eiusdem Servii annotationem ad Aen. 3, 297 ascriptam: „Pyrrhus hanc quasi legitimam habuit et ex ea filium Molossum suscepit: postea cum vellet Hermionem Menelai et Helenae filiam Orestis iam ante desponsatam ducere uxorem, Orestis insidiis in templo Delphici Apollinis occisus est“ Orestis auctor vv. 807 sqq. (cf. etiam vv. 863 sqq.) secutus esse videtur.

Sed ea quae priore annotationis superioris parte de certamine continentur, frustra aliquis apud Dracontium quaesiverit, quippe quem in singulis rebus enarrandis ut supra ostendimus novam viam haud raro sibi munivisse putandum sit, idque ipsum etiam ad Orestis tragoediam pertinet. Agamemnonem enim Troia capta redeuntem in Tauris Iphigeniam filiam reperisse, Orestis paedagogo nomen Dorylae fuisse [quod nomen vel ab Ovidio (met. 5, 130. 12, 380) vel a Statio (Theb. 2, 571. 3, 13) desumptum est], Pyladem amicum furentem propter periculum, quod ei a Molosso instaret, ad oras externas misisse, Molossum Orestem Athenis de caede postulavisse ac iudicium illud in templo Minervae quod est in arce habitum esse nusquam nisi in hoc carmine Schenklius\*) se legisse meminit.

Atque huius rei efficiendae ratione quoque utrumque consentire patebit, cum equidem probare possim et Dracontium et Oresteae scriptorem totas partes carminum a prioribus poetis conditorum, imprimis Vergilianorum et Ovidianorum, non singulos tantum versus in usum suum convertisse. exempli gratia si ea quae libri Aeneidis quarti versibus 296 sqq. narrantur, mecum perlegeris, pro certo scio te concessurum hunc locum ante oculos Dracontii obversatum esse, cum Medae versus 340 sqq. funderet, ubi de Jasone Medeam uxorem deserturo agitur, aequae ac verisimillimum est res quae primi Aeneidis libri versibus 494 sqq. comprehenduntur, Oresteae auctorem in promptu habuisse fortuitum Agamemnonis et Iphigeniae concursum vv. Or. 48 sqq. fingentem. quibus si plura exempla requiris, velim quae Verg. Aen. 2, 268 sqq. et 3, 39 sqq. exhibentur, cum versibus Oresteae 518 sqq. et 500 sqq. comparari, ubi voces ipsae a Vergilio mutuo sumptae occurrunt. sic etiam Ovidius expilatus est, cum magnam cognationem sine dubio habeant Medae versus 85 sqq. 125 sqq. et alterius carminis Neapolitani versus 8 sqq. 108 sqq. cum metam. 5, 364—385, Medae vv. 532 sqq. cum metam. 6, 625 sqq., Oresteae versus 787 sqq. cum metam. 13, 475 sqq., vv. Oresteae 940 sqq. cum metam. 15, 41 sqq. (utrobique

\*) cf. Orestis tragoedia, carm. epic. saeculo p. Ch. n. sexto compositum emendatius edid. Carol. Schenkli. Pragae 1867. p. 16.

eadem verba „mos erat“ extant), Oresteae pars extrema cum metam. 15, 861 sqq. Simili modo ad Claudiani quoque et aliorum poetarum imitationem utrumque sese composuisse exemplis illustrare possum, sed omnes locos quid attinet afferri?

Cum autem ita res novae inveniantur et „purpureus, late qui splendeat, unus et alter adsuatur pannus“ eo consilio ut pretii aliquid carmina habeant et varietatibus distincta legentium animos delectent, desideratur utroque rursus loco ingenii vis, quae res allatas communi quodam vinculo inter se copulare itaque coniunctas ut posterior quaeque ex iis quae antecedunt quasi nascatur, in unum commode redigere possit. minime enim tam arta narrationis continuatio ac perpetuitas reperitur, ut aliud ex alio nexum et omnia inter se apta colligataque videantur, immo singulae particulae quam laxissime cum summa fabulae cohaerent, quas ad extendenda tantum carmina satis inepte nonnunquam excogitatas et adiectas esse inde maxime apparet quod narratione progrediente nulla fere ratio earum habetur. eiusmodi pars claudicans et anceps apud Dracontium praeter alia existimari potest cursus ille maritimus epyllii octavi a Paride ad Telamonem susceptus (8, 245 sqq.), ubi occasio data est orationum inserendarum et tempestatis coortae vim describendi. etenim cum apud Daretem Phrygium bis ut supra diximus legati mittantur, primum ut Hesiona reducatur, deinde ut mulier pulcherrima ex Graecia rapiatur, apud Dracontium semel tantum Paris allegatur et imprimis quidem ad Hesionam recuperandam, et tum demum postquam Hesionae liberandae curam filio demandavit, obiter Priamus dicit (v. 228 sq.):

dum Dorica regna peragras,  
dat Venus uxorem, faciet te Juno maritum,

quod hemistichium posterius a Juvenale desumptum,\*) cum Juno propter iudicium in Ida monte factum Paridi succenseat, insulse insuper hoc loco usurpatum esse nemo non videt. at vero in extrema narratione difficile est dictu quid mandatum illud sibi voluerit, cum legatis reversis Hesiona Priamo parvae sit curae et post Paridis et Helenae adventum de memoria eius plane exciderit. nec magis intellegitur cur auctor Oresteae vv. 41—107 Agamemnonis cursum ad „litora Taurica“ finxerit, ubi de improvise Iphigeniam filiam in templo Dianae reperit, quo facto summo iure mirandum est quid sit quod non tum cum Agamemnone, sed postea demum cum Oreste fratre Iphigenia aufugiat et quod Agamemnon domum reversus rem illam iucundissimam non statim cum suis communicet.

Accedit quod et in Dracontii carmine octavo et in Orestea dei deaque prorsus fere excluduntur eorumque in fabulae progressu opera deest. neque enim illic Veneris auxilio Paris Helenam convenit eamque rapit id quod graeci fabulatores narrant Homerum secuti (cf. Od. δ, 261), neque hic de diis deabusve ulla mentio fit nisi quod in extremo hoc poemate (v. 944) Minerva ineptissime inducitur, quae cum duplex sit iudicium sententia, ut Orestes reus matricidii absolvatur, album calculum adicit. consistunt ergo hac quoque re cum Darete Phrygio Dracontius et is qui Orestem contexit, cum omnis fere deorum vis apud eos evanuerit et homines prodeant ad suum arbitrium agentes neque ex coelestium nutu pendentes. ac mirum quam mulier ubique primas partes agit valetque auctoritate.

\*) cf. Juvenal. 6, 219: non aliter quam si fecisset Juno maritum.

nam et Helena Paridis amore prior capitur eumque ut furtim se a Menelao Troiam abducat maximopere impellit, Medea Jasonis amore inflammatur eique nubit, Glaucē Jasonem Medeae maritum ut hic fidem uxori debitam violet laqueis irretit, et Clytaemnestra omnium flagitiorum quae committuntur causam sustinet et culpam. ceterum satis multa leguntur caeco casu facta maximeque iuvant rem tempestates, quae subito cooriuntur quarumque ope usus id quod expetit poeta facillime consequitur. tempestate enim, quod valde a verisimilitudine abhorret, iactatus et Paris cum a Telamone redit a sociis segregatur et solus ad Cyprum insulam defertur itaque Helenam ibidem commorantem offendit, et Agamemnon ad litora Taurica deicitur, ubi Iphigeniam filiam quam ipse Aulide ad aram Dianae deae immolaverat, vivam incolumemque invenit atque ab ea qua ratione sit servata cognoscit. quin etiam Dorylas Orestis paedagogus ut Clytaemnestrae curam animique angorem levet, ad hanc ipsam rationem confugit ac tempestate coorta Orestem naufragio periisse fallaciter reginae nuntiat (vv. 367 sqq.).

Quibus argumenti similitudinibus perpensis sequitur ut vitium reprehendam, quod apud utrumque poetam cernitur in rebus quae tractantur explicandis atque illustrandis. etenim eorum quae sunt ad dicendum proposita tam disparilis fit nobis obvia narratio, ut de aliis rebus copiosissime et abundantissime disseratur, aliae quae eandem fere atque illae vim habent, vix verbo attingantur et conferantur in pauca. ac tantus singularum partium delectus quam ob causam habeatur inquirens ac reputans invenio res ab aliis scriptoribus uberrime tractatas, quarum speciem genuinam, ne totum permutetur, conservari oportet, verbis absolvi paucissimis ut repetitiones vitentur, at unamquamque ab aliis leviter tantummodo adumbratam celeriterque perstrictam et particulas delineatas, non descriptas latissime ac fusissime explanari. sic ut paucis me contineam Cassandreae mors in Orestea omnino praetermittitur, et Dracontius in carmine decimo conficiendo his tribus versibus (vv. 363—365):

dormierat serpens, pellis subtracta marito  
traditur et pariter fugerunt fratre necato.  
accipiunt natos et singula pignora portant

de dracone velleris aurei custode consopiendo et de fuga Medeae dicit, quod iam apud Senecam (Agam. 1059 sqq.) et Valerium Flaccum (8, 60 sqq.) hae res versibus accommodate traditae fuerunt. contra, simillime rursus utroque poeta temporum suorum morem tenente, carmina orationibus amplificantur, quarum tanta copia extat ut dimidia carminum pars iis occupetur. legimus enim in Orestea ex versibus nongentis septuaginta quatuor composita oratiunculas triginta quatuor, in quas versus cadunt quadringenti septuaginta tres, idemque usus nobis etiam apud Dracontium occurrit, ubi inter versus mille quadringentos undeviginti quibus Hylas, Helena, Medea celebrantur, sexcentos septem reperies, quos quinquaginta duo alloquia complectuntur.

Item plenam historiae fabularis scientiam iuvat Orestis fabricatorem declarare multa exempla argumentationi sine causa illigantem idemque quod de reliquis poematibus carmine de deo annumerato Teuffel-Schwabe in hist. lit. lat. ed. quart. p. 1128, 3 dicit: „unersättliches Herbeischleppen von Beispielen aus Mythos und biblischer und heidnischer Geschichte,“ ad Oresteam quoque spectat, cuius hunc unum locum omissis pluribus satis habeo afferre (vv. 427—435):

occidit regem Tomyris regina Getarum,  
 sed nil turpe gerens vindex fuit illa suorum;  
 si fecit Medea nefas, flammata dolore  
 dulcis amoris erat, cum regia tecta cremabat  
 incolumi viduata viro de paelice Glauce;  
 impia Lemniades sumserunt arma puellae  
 atque maritali foedarunt sanguine lectos,  
 sed Veneris furor acer erat facinusque nefandum,  
 quod Scythicae gessere nurus.

Neque commemorare simul supersedeo in hoc numero etiam eas ipsas fabulas attingi quae Dracontii carminibus heroicis octavo et decimo continentur, cum de Medea tribus Oresteae versibus (429—431) quos modo protuli agatur et Paris et Helena his quatuor nominentur:

si gremio Paridis remanens erepta Lacaena,  
 nonne laborastis Helenam ne pastor haberet?  
 ecce tuam nunc pastor habet (vv. 468—470).  
 non erat impunis Paris arbiter ille deorum (v. 952).

Praeterea cum homines mutuo sibi redduntur, postquam diu disiuncti fuerunt, quam par sit utroque loco excipiendi ac salutandi modus operae pretium est paulisper animadvertere. quotienscunque enim res ita fert, invicem eos se amplecti reperimus et suavia sibi dare super suavia. quod et in opere de raptu Helenae bis evenit, ubi Paris de Ida monte reversus (vv. 106 sqq.) et ex Graecia nave cum Helena revector (vv. 621 sqq.) amantissime a parentibus salutatur, et bis in Orestis tragoedia, in qua primum Agamemnonis et Iphigeniae in templo Dianae complexus et exosculatio et singultus versibus 60—64 quos transscribo ita depinguntur:

regia virgo cito per patria colla pependit,  
 oscula pura petens et dans commercia munda;  
 mox imber rigat ora pius nataeque patrique.  
 conticuit genitor, dum vultus gaudia plorant  
 et gemitus crebris singultibus oscula rumpunt

et versibus 245 sqq. exponitur, quanto amore ac gaudio idem Agamemnon, cui nihil mali animus praesagit, reliquos liberos qui obviam ei properant, domi suae amplexu teneat ac dissuavietur. tale quid nusquam alibi inveniri nec facile a duobus poetis tam congruenter tractari posse contendere ausim.

Aequae de comparationibus quae apud utrumque auctorem leguntur, liceat mihi breviter dicere quod sentio. Orestes enim et Pylades cum caede perpetrata „torvi regalia limina repetunt,“ quo melius animo effingi possint, in Oresteae (vv. 796 sq.) cum duobus leonibus conferuntur, qui „juvencarum caede satiati lustra reposcunt,“ et Agamemnon cum tunica vertice clauso implicatus caput exerere studet, (vv. 265 sqq.) cum apro ingenti componitur, qui cassibus venatorum impeditus est et frustra ex iis evadere conatur. quae similia mihi quidem non minus acriter quam reliquae res Dracontium redolere videntur, qui versificator non solum alia eius generis animalia ut pardum et tigridem (Satisf. vv.

273. 275), verum leonem ipsum duobus locis (8, 350 sqq. et Satisf. 137 sqq.) per comparationem adhibuit, quorum altero Telamonis ira paulatim deflagrans cum leonis irritati ira quae gradatim defervescit, contenditur, idque simile ea de causa tam accurate eum explicavisse suspicor quod in Orestea de apro iam uberrime, de leone tantum brevissime egerit.

Insuper moneam oportet omnino multorum locorum similitudinem quandam Orestis fabulae cum carminibus Dracontianis esse. proemiorum certe et conclusionum quanta inter Orestis tragoediam et carmina Neapolitana intercedat necessitudo primo obtutu intelleges, ut hic disputatione non egeant. nec quemquam laterè poterit et Orestea auctorem, priusquam rem ipsam aggrediatur, Melpomenes auxilium invocare (vv. 13 sqq.) et Dracontium Calliopen Musam, ut cum „vilis“ sit poeta, in opere conficiendo sese adiuvet orare (cf. Med. 26 sqq.). quibus inter se comparatis, Orestea initium quod ab Agamemnone vento adverso ad Tauros depulso capitur quodque insulse intextum esse supra perbreviter demonstravi, cum Helenae vv. 425 sqq. conferas velim, quibus de Paride procella ad Cyprum insulam deducto exponitur. utraque narratio quin ab eodem auctore profecta sit equidem non addubito, cuius rei maximum est argumentum quod altero loco, ne eadem repeterentur, tempestatis describendae occasione poeta defuit. vel invito quoque Orestea versibus 54 sqq. in memoriam mihi redigitur inexpectatus ille Paridis reditus, qui a Dracontio carminis octavi versibus 104 sqq. illustratus est. etiam quae inde usque ad versum 248 de classis et Agamemnonis ipsius adventu explicantur, simile aliquid habent Helenae versuum 586 sqq., ubi Paris eadem fere ratione serius aliquanto domum reversus amicissime ab omnibus salutatur atque excipitur, et vv. 134 sqq., ubi Cassandra sacerdos furore abrepta quae sint futura praedicit. deinde Orestea versus 363 sqq. et Medae vv. 41 sqq. inter se conferendi esse mihi videntur, cum mea quidem sententia quamvis sint versus paucissimi, tamen alteri loco vicinia quaedam cum altero extet. tum modo simillimo et Orestes domum rediens Mycenae alloquitur (Or. vv. 687 sqq.) et Paris consanguineos suos qui rem divinam faciunt, inopinatus compellat (8, vv. 71 sqq.). porro comparentur: Or. vv. 95 sqq. cum Med. vv. 425 sqq. — Or. vv. 292 sqq. cum Dd.\*) 1, 365 sqq. — Or. vv. 427 sqq. cum Dd. 3, 488 sqq. (utroque loco de Tomyri et Euadne sermo est), — Or. vv. 481 sqq. cum Med. 436 sqq. — Or. vv. 537 sqq. cum Hel. vv. 165—180, — Or. vv. 561 sqq. cum Dd. 2, 78 sqq. et Hel. vv. 5 sqq. (utrobique de matre simillime explicatur), — Or. vv. 595 sqq. cum Med. 322 sqq. — Or. 768 sqq. cum Med. vv. 513 sqq. 538 sqq. — Or. vv. 965 sqq. cum 5 vv. 166 sq. — Maxime autem res Orestea vv. 867 sqq. et Dracontii carminis decimi vv. 180 sqq. descriptas inter se cohaerere puto. in templo enim Dianae ut apud Dracontium Jason a Medea sacerdote quam in matrimonium ducit, ex periculo eripitur, ita in illa fabula Iphigenia sacerdos Oresti fratri ad aram iam collocato iisdem fere verbis ac Medea usa parit et simulacro deae subtracto cum fratre servato in patriam revertit. quae ipsa cum altero loco quam diligentissime explanata sint, altero summatim breviterque propterea absoluta esse opinor quod aliter atque illic rei expediendae scriptor non fuit idoneus.

Extremum est hoc loco ut quaeratur num ex Orestea pariter atque ex reliquis carminibus heroicis, quales locos index Duhnianus (p. 94) continet, auctorem christia-

\*) Dracontii Carmen de deo. Mignii Patrol. Tom. LX. Parisiis 1847.

num fuisse possit concludi. quam opinionem in praefatione editionis suae (p. 22) versus Or. 949 verbis „clementia coeli“ et versuum 357 sq. verbis „origo polorum, naturae coelestis amor“ iam Schenklius optime confirmavit, etsi versum 911, ubi „sapientes lumine cordis“ legitur, et versum 923 „dum medicinalem tribuunt per corda salutem“ eodem sine dubio pertinentes viri doctissimi aciem fugisse valde miror. nec minus locutiones versus Or. 470 „si transitus est mors“ et versus 607 „armentur pietate manus“ christiano poetae addici posse arbitror, cum mihi quidem locutiones huic simillimae in novi Testamenti interpretatione latina quam Vulgatam vocamus occurrentes in mentem incidant, veluti legitur: Epist. Petr. 1, 4, 1 „Christo igitur passo in carne et vos eadem cogitatione armamini;“ Corinth. 2, 6, 7 „per arma iustitiae;“ Rom. 6, 13 „arma iniquitatis . . . arma iustitiae.“ — Ephes. 6, 14 „succincti lumbos vestros in veritate et induti loricam iustitiae.“ prorsus vero ut nulla relinquatur dubitatio id versibus versuumque particulis sancitur, quas et in Oresteia et in carmine de deo easdem inveniri dissert. illius inaugural. pp. 18 sqq. demonstravimus. non enim haec convenientia fieri potuit nisi auctor Orestis aut Dracontius est, cui cum optimorum poetarum operibus uti liceret, nulla erat causa quare alienum tale carmen compilarret, aut christianus saltem, cum paganum de deo carmen non existimemus legisse. quae cum ita sint, temere non esse assentiendum Haasio intelleges, qui quin alienus fuerit poeta a fide christiana minime dubium esse affirmet (Schenkl. l. c. p. 22).

Haec fere habui de simillima utriusque scriptoris rerum mythicarum tractatione quae afferrem, non ut volui, sed ut huiuslibelli me coegerunt angustiae. propter spatii enim exiguitatem ne mancama quodammodo atque inchoatam hanc quaestionem relinquerem, modum in singulis partibus explicandis me tenere necesse fuit nec fieri potuit quin nonnullae res magis attingerentur quam absolverentur.

Valeii. MDCCCLXXXVIII.

Dr. Barwinski.



# Schulnachrichten.

## Erster Abschnitt. Allgemeine Lehrverfassung.

Uebersicht über die einzelnen Lehrgegenstände und die für jeden derselben bestimmte Stundenzahl.

F ä c h e r.	Klassen und wöchentliche Stunden.									
	IA	IB	IIA	IIB	IIIA	IIIB	IV	V	VI	Summa
Religionslehre . . . . .	2		2		2		2	$\frac{1}{2}$		11+6*)
Deutsch . . . . .	3	3	2	2	2	2	2	2	3	21
Latein . . . . .	8	8	8	8	9	9	9	9	9	77
Griechisch . . . . .	6	6	7	7	7	7				40
Französisch . . . . .	2	2	2	2	2	2	5	4		21
Geschichte und Geographie	3	3	3	3	3	3	4	3	3	28
Mathematik und Rechnen	4	4	4	4	3	3	4	4	4	34
Naturbeschreibung . . . . .					2	2	2	2	2	10
Physik . . . . .	2	2	2	2						8
Zeichnen . . . . .							2	2	2	6
Schreiben . . . . .								2	2	4
Gefang . . . . .								2		2
Summa . . . . .	30	30	30	30	30	30	30	32	30	262+6
	$\frac{2}{2}$ comb.		$\frac{2}{2}$ comb.		$\frac{2}{2}$ comb.			$\frac{4}{4}$ comb.		
Außerordentliche Stunden	a) für den Gesang . . . . .									3
	b) für das Hebräische . . . . .									4
	c) für das Polnische . . . . .									4
	d) für das Turnen . . . . .									10
	Summa der wöchentlichen Unterrichtsstunden . . . . .									283+6

\*) Der kath. Religionsunterricht wurde in 6 außerordentlichen St. (3 comb. Abth. zu je 2 St.) erteilt.



# 1. Uebersicht

der Vertheilung der Ordinariate und Unterrichtsgegenstände an die einzelnen Lehrer  
(während des Sommer-Semesters 1887).

Lehrer.	Ordinariat.	IA	IB	IIA	IIB	IIIA	IIIB	IV	V	VI	St.	Bemerkungen.
1. Prof. Lominski, Direktor. R.		2 Horaz 4 Griech.	2 Horaz	2 Homer							10 St.	
2. Prof. Weierstraß, Oberlehrer. R.	IA	6 Latein 2 Homer	4 Griech.		5 Griech. 2 Homer						19	
3. Dr. Bludau, Oberlehrer.	IB	2 Franz.	6 Latein 2 Franz.	2 Franz.			2 Ovid 2 Franz.		4 Franz.		20	
4. Vacat.												
5. Zielinski, Oberlehrer.		4 Math. 2 Physik		4 Math. 2 Physik		3 Math. 2 Naturf.					21	
		Polnisch in 2 außerord. St. 1. Abth.				Polnisch in 2 außerord. St. 2. Abth.						
6. Dr. Ehling, Gymnasiallehrer.	IIB		2 Homer		6 Latein 2 Franz. 3 Gesch. u. Geogr.	2 Franz.		5 Franz. 2 Geogr.			22	
7. Bordinh, Gymnasiallehrer.	IIA	3 Deutsch		6 Latein 5 Griech.			7 Latein				21	
8. Wallat, Gymnasiallehrer.	IIIB			2 Deutsch			2 Deutsch 3 Gesch. u. Geogr.	2 Relig.		1 Relig.	22	5 St. Turn.
		2 Religion 2 Hebr.		2 Religion 2 Hebr.		2 Religion		2 Religion				
9. Dr. Barwinski, Gymnasiallehrer.	IIIA		3 Deutsch	2 Vergil		7 Latein 7 Griech.			3 Gesch. u. Geogr.		22	
10. Groll, Gymnasiallehrer.	IV						7 Griech.	2 Deutsch 9 Latein	4 Rechn.		22	
11. Vacat.*)												
12. Nieve, Kommissar. Gym.-Lehrer.	V	3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.		3 Gesch. u. Geogr.		2 Gesch.	9 Latein		23	
13. Schapler, Kommissar. Gym.-Lehrer.	VI				2 Deutsch 2 Vergil	2 Deutsch 2 Ovid				3 Deutsch 9 Latein 3 Gesch. u. Geogr.	23	
14. Himmel, Kommissar. Gym.-Lehrer.			4 Math. 2 Physik		4 Math. 2 Physik		3 Math. 2 Naturf.	4 Math. 2 Naturf.			23	
15. Groß, Lehr. Gymnasiallehrer.								2 Rechn.	2 Deutsch 2 Naturf. 2 Rechn. 2 Schrb.	4 Rechn. 2 Naturf. 2 Rechn. 2 Schrb.	25	5 St. Turn.
		Gesang in 3 außerordentlichen Stunden.								2 Gesang		

\*) Der hiesige Ortspfarrer Probst Wurst ertheilte den kath. Religionsunterricht in 6 außerord. Stunden.  
S. Abschnitt III.

## 2. Uebersicht

der Vertheilung der Ordinariate und Unterrichtsgegenstände an die einzelnen Lehrer  
(während des Winter-Semesters 1887—88).

Lehrer.	Ordinariat.	IA	IB	IIA	IIB	IIIA	IIIB	IV	V	VI	St.	Bemerkungen.
1. Prof. Lowinski, Direktor. R.		2 Horaz 4 Griech.	2 Horaz	2 Homer							10 St.	
2. Prof. Weierstrah, Oberlehrer. R.	IA	6 Latein 2 Homer	4 Griech.		5 Griech. 2 Homer						19	
3. Dr. Bludau, Oberlehrer.	IB	2 Franz.	6 Latein 2 Franz.	2 Franz.			2 Dvid 2 Franz.		4 Franz.		20	
4. Zielinski, Oberlehrer.		4 Math. 2 Physik		4 Math.		3 Math. 2 Naturf.					19	
		Polnisch in 2 außerord. St. 1. Abth.			Polnisch in 2 außerord. St. 2. Abth.							
5. Dr. Rehdans, Oberlehrer.			4 Math.		4 Math. 2 Physik		3 Math. 2 Naturf.	4 Math.			19	
6. Dr. Ehling, Gymnasiallehrer.	IIB		2 Homer		6 Latein 2 Franz. 3 Gesch. u. Geogr.	2 Franz.		5 Franz. 2 Geogr.			22	
7. Bordin, Gymnasiallehrer.	IIA	3 Deutsch		6 Latein 5 Griech.			7 Latein				21	
8. Wallat, Gymnasiallehrer.	IIIB	2 Religion 2 Hebr.		2 Deutsch 2 Religion 2 Hebr.	2 Deutsch 3 Gesch. u. Geogr.		2 Religi.	1 Religi. 2 Religion			22	5 St. Turn.
9. Dr. Barwinski, Gymnasiallehrer.	IIIA		3 Deutsch	2 Vergil		7 Latein 7 Griech.		3 Gesch. u. Geogr.			22	
10. Groll, Gymnasiallehrer.	IV					2 Dvid	7 Griech.	2 Deutsch 9 Latein			20	
11. Rieve, Gymnasiallehrer.	V	3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.	3 Gesch. u. Geogr.		3 Gesch. u. Geogr.		2 Gesch.	9 Latein		23	
12. Schapler, Kommissar. Gym.-Lehrer.	VI				2 Deutsch 2 Vergil	2 Deutsch				3 Deutsch 9 Latein 3 Gesch. u. Geogr.	21	
13. Himmel, Kommissar. Gym.-Lehrer.			2 Physik	2 Physik				2 Naturf.	4 Rechn.		10	
14. Groß, Lehr. Gymnasiallehrer.		Gesang in 3 außerordentlichen Stunden.						2 Rechn.	2 Deutsch 2 Naturf. 2 Rechn. 2 Gesch. 2 Schr. 2 Schr.	4 Rechn. 2 Naturf. 2 Rechn. 2 Gesch. 2 Schr. 2 Schr.	25	5 St. Turn.
		2 Gesang										

Kathol. Religionsunterricht erteilte bis 4. November v. J. Probst Wurst, seit 5. Januar d. J. Kaplan Henke in 6 außerordentlichen Stunden. S. Abschnitt III.

## Ober-Prima.

Ordinarius: Herr Professor Weierstraß.

Religionslehre. a) Für die katholischen Schüler. Nach Dubelmann Wiederholung der Offenbarungslehre. Die Glaubenslehre und Sittenlehre. Aus der Kirchengeschichte das 1. und 2. Zeitalter. 2 St. Herr Probst Wurst bis Anfang November v. J., seit Anfang Januar d. J. Herr Kaplan Henke. b) Für die evangelischen Schüler. Die Kirchengeschichte von 800 bis 1517. Aus der Dogmatik: die Lehre von der Erlösung und Heiligung. Lektüre des Galaterbriefes. Wiederholungen aus der Kirchengeschichte und Bibelfunde. Kirchenlieder. 2 St. Herr Gymnasiallehrer Wallat.

Deutsch. Uebersicht der älteren Literaturgeschichte mit Proben aus Deycks. Lektüre: Göthe's Iphigenie und Lessing's Hamburgische Dramaturgie (ausgewählte Abschnitte), Shakespeare's Julius Cäsar. Leitung der Privatlektüre. Grundlehren der Logik. Dispositions-Übungen. Freie Vorträge. Monatliche Aufsätze. Klassenarbeiten. 3 St. Herr Gymnasiallehrer Bordinh.

Themata für die deutschen Aufsätze: 1. a) die tragische Schuld des Coriolan in Shalespeare's Drama. b) Durch welche Mittel sucht bei Shakespear Volunmia den Coriolan zum Rückzuge zu bewegen? 2. Alterthum und Gegenwart. 3. Die Lösung der Konflikte in Göthe's Iphigenie. 4. Schwert, Feder, Zunge: welches ist die stärkste Macht? (Klassenaufsatz). 5. Und setzet ihr nicht das Leben ein, Nie wird euch das Leben gewonnen sein. 6. a) Mit welchem Rechte werden die großen Dichter als die Lehrer des Volkes bezeichnet? b) Wie bethätigt sich der Ausspruch „ὁ μὴ δαεῖς ἀνθρώπος οὐ παύεται“ in dem Leben eines großen Dichters? 7. Die Unsterblichkeit ist ein großer Gedanke, ist des Schweiges der Edlen werth. (Klassenaufsatz). 8. Gründe des Verfalles der athenischen Macht während des peloponnesischen Krieges. 9. Abituriententhema a) für den Herbsttermin: Aus welchen Gründen darf das Zeitalter des Perikles als die Blüthezeit Athen's bezeichnet werden? b) für den Oftertermin: Was berechtigt Preußen zur Führerschaft in Deutschland?

Latein. Cic. pro Milone, de oratore und Tacitus annal. I. Repetitionen aus der Grammatik. Syntaxis ornata und Stillchre. 14-tägige Exercitien nach Süpfle, 14-tägige Probearbeiten. Monatliche Aufsätze. Übungen im Lateinsprechen. Leitung der Privatlektüre und freie Vorträge. Extemporiren. 6 St. Der Ordinarius. Horat. carm. lib. III. und IV. und Carmen saec. Ausgewählte Satiren. Wiederholung von lib. I. und II. der Oden und lib. I. der Episteln (mit Auswahl) nebst metrischen Übungen. 2 St. Der Direktor.

Lateinische Aufsätze. 1. De „Τειχοσπονία“ Iliadis. 2. a) De iudicio iniusto Atheniensium. b) Num carmen Iliadis simplex et unum sit. 3. Infelix Alexandri imitator Pyrrhus. (Abiturientenaufsatz). 4. Hominis Graeci cum cive Romano colloquium, uter populus utri virtute factisque praestet. 5. Cebes I. Dialogus virorum Thebanorum [Epaminondae Pelopidaeque patrum, aliorum] de statu rei publicae. 6. Cebes II. De Socratis vita, doctrina, morte. 7. M. Porcii Catonis in curia de Carthagine delenda ad senatum oratio. 8. Περικλέεια quae dicitur Iliadis qua ratione efficiatur? (Abiturientenaufsatz). 9. De Hectoris cum Andromache colloquio.

Griechisch. Plat. Crito und Symposion. Thucyd. lib. VI. Grammatische Repetitionen nach Buttman. Correctur der 14-tägigen Exercitien. Extemporalien und Klassenarbeiten. 4 St. Der Direktor. Hom. Iliad. XI, XII, XIII. (3. Theil), XV und XVI. (Privatim XVII und XVIII.) Repetition und Extemporiren aus den übrigen Büchern und Kontrolle der Privat-Lektüre. Nach Oftern Sophocles Ajax. 2 St. Der Ordinarius.

Französisch. Corneille: le Cid und Mignet: l'histoire de la révolution française. 14-tägige Exercitien und Extemporalien. Monatliche Klassenarbeiten. Repetition der Grammatik nach Anebel. Sprechübungen. 2 St. Herr Oberlehrer Dr. Bludau.

Polnisch. (Fakultativ.) Lektüre nach dem Lesebuch von Kampmann und Grammatik nach demselben. Deklamiren auswendig gelernter Gedichte. Einiges aus der Literaturgeschichte nach Mehring.  
2 St. Herr Oberlehrer Zielinski.

Hebräisch. (Fakultativ.) Wiederholung der Formenlehre nach Rosen, die unregelmäßigen Verba und die wichtigsten Regeln aus der Syntax. Uebersetzt und erklärt wurden einige Kapitel aus den Büchern Samuelis und einige Psalmen. Schriftliche Uebungen. 2 St. Herr Gymnasiallehrer Wallat.

Geschichte und Geographie. Nach Pütz Geschichte der neueren Zeit. Wiederholungen aus dem ganzen Gebiete der Geschichte. 14-tägige Wiederholungen aus dem ganzen Gebiet der Geographie.  
3 St. Herr Gymnasiallehrer Rieve.

Mathematik. Wiederholung und Erweiterung der Planimetrie, Trigonometrie und Stereometrie. Geometrische Analysis. Kettenbrüche, diophantische Gleichungen, Permutationen, Kombinationslehre, binomischer Lehrsatz. Alle 4 Wochen eine schriftliche Arbeit. 4 St. Herr Oberlehrer Zielinski.

Abiturientenaufgaben. a. Herbsttermin 1887. 1. Zur geometrischen Konstruktion eines Dreiecks sind gegeben: 1) der Scheitelwinkel  $= x$ . 2) das Verhältniß seiner Halbierungslinie zu der Scheitelhöhe  $\omega : h = x : \lambda$  und 3) der Radius des unbeschriebenen Kreises  $= r$ .

2. Ein Kessel ist zusammengesetzt aus einem Kugelabschnitt von der Höhe  $h = 5$  cm und einem abgestumpften Kegel, dessen Tiefe  $a = 50$  cm, die untere Weite  $b = 40$  cm und die obere  $c = 60$  cm betragen; wieviel hält derselbe und wie groß ist seine Gesamtoberfläche?

3. Unter welchem Elevationswinkel ist eine Kugel abzuschießen, damit die Wurfweite doppelt so groß werde, als die größte Höhe der parabolischen Bahn beträgt; wie groß ist die Wurfweite, wenn die Anfangsgeschwindigkeit der Kugel  $c = 240$  m ist und in welcher Zeit wird die fragliche Wurfweite zurückgelegt?

$$4. \begin{cases} 1) \sqrt[4]{x} - \sqrt[4]{y} = 2 \\ 2) x + y = 706. \end{cases}$$

b. Osterttermin 1888. 1. Ein Dreieck zu konstruiren, wozu das Verhältniß der beiden Scheitelseiten  $= x : \lambda$ , die Differenz ihrer Projektionen auf die Grundlinie  $= d$  und der Radius des unbeschriebenen Kreises  $= r$  gegeben sind.

2. Zur trigonometrischen Berechnung eines Dreiecks sind gegeben: die Grundlinie  $a = 125$  m, das Produkt der beiden Scheitelseiten  $p = 13464$  qm und der Scheitelwinkel  $\alpha = 61^\circ 55' 39''$ .

3. Ein auf ebener Grundfläche ruhendes kugelförmiges Gewölbe hat zum Radius der Grundfläche  $\rho = 8$  m und ist  $h = 6$  m hoch und  $d = 0,3$  m dick. Wie groß ist der innere Raum des Gewölbes und wieviel beträgt die Oberfläche desselben?

$$4. \begin{cases} x + y = 5 \\ x^5 + x^4 y + 2 x^3 y^2 + 2 x^2 y^3 + x y^4 + y^5 = 845. \end{cases}$$

Physik. Mechanik fester Körper und Uebungen im Auflösen mathematisch-physikalischer Aufgaben.  
2. St. Derselbe.

## Unter-Prima.

Ordinarius: Herr Oberlehrer Dr. Bludau.

